



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Continuata patrum Societatis missio in Angliam, nu. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

I. 587. Nam *Tydderus, Shawe, Bell, Maior*, Sacerdotes, fidem cum castimonia exuere: *Giffordus & Gratleyus* non sat cautam cum VValsinghamio alijque Hæretico familiaritatem colentes literarumque commercium, suo bono non diu latuere, Illi Parisijs, huic Patauij, eodem mandante Pontifice, inecta sunt manus: Et *Giffordus* quidem re iudicata condemnatus Lutetiae in carcere multo cum dolore præteritarum transfectionum mortuus est. *Gratleyus* Romam perductus, & apud Inquisidores sat multis annis allatuatus, in Apulia deinde extorris superuixit. Alij in Angliam profecti, consimilibus artibus Insulam vniuersam atque ipsos fide tuenda sacratos carceres plurima in *Alanum* & in Societatem inuidia compleuere. *Alanus* hoc tempore Romæ domicilium fixerat; huius auctoritas atque *Personij* industria ad componendos Aluminorum animos plurimum valueret: Inter cetera ad quietem tantata remedia illud etiam propositum, ut Recte daretur Anglis Anglus, quicum familiarius fortassis, & maiori cum fiducia, si qua viderentur grauamina, communicarent. *Guilielmus Holt* primus eum locum sortitus est, exente anno octogesimo sexto; deinde isto in Flandriam missio, *Iosephus Creswellus*: Quo anno in Purpuratorum Patrum Senatum *Alanus* cooptatus, quo dignitate eminebat, eo potentius ad omnem conciliandæ conseruandaque pacis rationem adlaborabat: Et Roma quidem presentem colebant verebanturque; absentem in Anglia non deerant qui æmulatione ducti calumnijs infectarentur, & quod Hispanis nimium obnoxius, & quod cum Societate nimium coniunctus videretur: Idem videlicet de quibus ipse ante initiam dignitatem, sic ad Rectorem de vrbe quibusdam in literis; "Illiustrissimo Protectori illud tantum scribo, vt auertat aures ab otiosis & inuidis quibusdam hominibus, qui Patrum & Collegiorum officia omnia dicunt esse in potestate nostra &c." Quæ eadem querimonia, verlo nomine, in Societatem iactabatur, quasi nobis omnia parerent, nostris consilijs cuncta in Anglia, & extra Angliam gererentur. Quam longè verò illa querela propagata sit, & quam acerbo cum fructu, hic compendio narrare non incongruum duxi, & plurium annorum tempestatem paucarum paginarum angustijs coercere potius quam reliquam Historiam perpetuis inuoluendo fluctibus naufragam lectori excitare.

**Continuata
Patrum
Missio in
Anglia,
Thomas
Mettamus,** X V. Antequam *Heymodus* & cæteri exularent, *Thomas Mettamus* Sacerdos, aetate, doctrina, & virtute venerabilis, post decem circiter annorum perpessos carceres, in Societatem cooptatus est; sic enim de illo *Personius* ad Ribadeneiram, decimo septimo Calendas Octobris anni octogesimi quarti. Quod attinet ad nostræ Societatis homines in Anglia, duo Presbyteri fuere occisi, *Campionus* & *Cottamus*: Carceribus tenentur quatuor, *Heymodus* & *Bosgrauius* in Castro Londinensi, *Metamus* & *Pondus* in *Wibiscensi*, quorum hi duo manent &c.) Et certiores litteræ *Mercuriani* Generalis ad ipsum *Mettamum* datae. Magnam (inquit) ex litteris Dominationis Vestræ ad *Darbishirum* nostrum scriptis cæpi in Domino consolationem, propter illud Sanctum & salutare desiderium quod in ipsis ostendebat; quod cum

Remedia,

Rector se-
minarij de
Vrbe An-
glia,Literæ Ala-
ni Ao. 82.Mercuria-
ni Literæ
ad Metta-
mus,

cum ex Spiritu Sancto esse non dubitemus, iniuriam facere omnium do-^{1587:}
 norum ac gratiarum largitori reveremur, nisi nos quoque ex parte nostra
 Dominationis vestrae votis cooperaremur, & consolationi quantum in nobis
 est prospiceremus. Quare pro ea quam nobis Christus quanquam indigens
 dedit in hanc Societatem potestate Dominationem vestram in nostrum gre-
 gem recipimus, & huic nostro, qualecunque est, corpori adiungimus, eamque
 ex nunc quasi viuum & verum membrum in spiritu amplectentes, omnium
 nostrorum seu laborum, seu meritorum, seu gratiarum participem facimus.
 Speramus equidem diuinam bonitatem, cuius proprium est desi derium pau-
 perum exaudire, hoc etiam nobis aliquando concellaram, ut Dominatio Ve-
 stra istis ærumnis erepta, nostra sit non solo animo & affectu, sed re etiam
 ipsa & opere. Sed tamen si diuinum beneplacitum aliud quidpiam ita-
 tuerit, Domum orabimus ut tempore fædere faltem in Cælo con-
 iungat. Interea vero quādū ita tulerit Domini voluntas, non minus ex-
 istimare debet te esse Societatis, licet in vinculis, licet corpore admodum de-
 stitutus: Quin potius quo maiora & acerbiora pro Christo pertulerit, eo ma-
 gis existimare debet te coram Domino, qui corda intuetur, Christi discipu-
 lum, & Societatis verum esse filium. Est tamen quod moneam, ut Dominatio
 Vestra consilium suum, concessi onemque hanc nostram, nemini temere
 aperiat, nec omnino nisi & nullum periculum, & aliqua magna utilitas appa-
 ruerit. Nos autem Dominum Iesum Christum precabimur ut Dominationis
 Vestrae animam suis benedictionibus largè præuenire, & virtute ex alto in-
 due et dignetur, ut condignis operibus tantæ vocationi respondere queat, &
 illam nec persecutio, nec gladius, neque instantia, neque futura separare pos-
 sint à charitate quæ est in Christo Iesu, qui est super omnia benedictus in sa-
 cula. Amen. Romæ quarta Maij Anno millesimo quingentesimo leptuagesi-
 monono.) Hunc literæ Romanæ anni nonagesimi secundi hoc ornant Elo-^{Moritus;}
 gio: "In Anglia Sanctus Christi Confessor Thomas Mettamus morte lucto-
 rum moritur in Custodia, quā propter fidem Catholicam, septimum iam &
 decimum annum detinebatur; Martyrio eo molestiori quo diuturniori. Ve-
 nerat etiam in Angliam Guilielmus VVestonus anno octogesimo tertio: Is qui
 veneratione Campiani, adiecto Edmundi nomine, multam & arduis perse-
 rendis, & ex virtute præclaris factis sibi & Societati, etiam apud aduentarios,
 excitauit existimationem. Tum anno octogesimo sexto Henricus Garnettus
 & Robertus Southwellus numerum & splendorem auxerunt operariorum. Gui-
 lielmus VVestonus ortus Maidstonij in agro Cantiano, & Campiani in Acade-^{VVestoni.}
 mia Oxonieniæ æqualis, postquam ad fidem Catholicam animum adieceret,
 annos natus viginti quinque Romanum proficilcens adscriptus est in Societatem
 ipsi nonis Novembris anni leptuagesimi quinti, atque anno sequenti à Pro-
 uinciali Beticæ deductus Montiliam. Peracto Montiliæ tyrocinij aliquarto
 tempore Philosophiam repetit Cerdubæ (erat enim in Artibus Baccalaureus) Vide Per-
 & audiuit Thelogos, tum uno aut altero anno reliquis Societatis Ministerijs
 altam in eius vita,
 cum